Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



SIS

oblatos comedisset obtulit ei eam
vinum. Quo hausto dixit ad eum
Accede ad me et da mihi osculum
fili mi. Accessit et osculatus est eum
Statimque ut sensit vestimenta eius
ipsius fragrantiam. Benedixit ei
Ecce odor filii mei sicut odor agri plen
cui benedixit dominus. Det tibi de
de rore celi et de pinguedine terre
habundantiam frumenti vini et
olei et seruient tibi populi et ado
rent te tribus. Esto dominus fra
trum tuorum et incurbentur ante
te filii matris tue. Qui maledixe
rint tibi sit ille maledictus et qui
benedixerit tibi benedictionibus reple
atur. Vix isaac sermonem imple
uerat et ecce esau iacob fratris uenit
esau coctos de uenatione cibos in
tulit patri dicens. Surge pater mi
et comede de uenatione filii tui. Vt
benedicat mihi anima tua. Dixit
ei isaac. Quis enim es tu. Qui
respondit. Ego sum primogenitus
tuus esau. Expauit isaac stupore
uehementi et ultra quam credi pt
admirans ait. Quis igitur ille
est qui dudum captam uenationem
attulit mihi et comedi eam omnibus
prius quam tu uenires. Benedixi ei
et erit benedictus. Audiens ante
esau sermonibus patris ululauit
clamore magno et consternatus ait
Benedic etiam mihi pater mi. Qui
ait. Venit germanus tuus frau
dulenter et accepit benedictionem
tuam. At ille subiunxit. Iuste
vocatum est nomen eius iacob. Ip
planauit me en altera uice. Pri
mogenita mea ante tulit et nunc
secundo subripuit benedictionem mea
Rursum ait ad patrem. Numquid non
reseruasti mihi benedictionem
Respondit isaac. Dominum tuum
illum constitui et omnes fratres eius
seruituti illius subiugaui frumento
et vino et oleo stabilitui eum et tibi
post hec fili mi ultra quid faciam.
Tum esau ait. Num unam inquit
mihi benedictionem habes pater. Oremus
obsecro ut benedicas. Cum ergo eiulatu
magno fleret motus isaac dixit ad
eum. In pinguedine terre et in rore
celi desuper erit benedictio tua. Viues in
gladio et fratri tuo seruies. Tempus
quoque ueniet quo excutias et solu
as iugum eius de ceruicibus tuis
Oderat autem semper esau iacob pro be
nedictione qua benedixerat ei pater
Dixit ergo in corde suo. Venient dies
luctus patris mei et occidam iacob
fratrem meum. Nunciata sunt hec
rebecce que mittens et uocans iacob
filium suum. Dixit ad eum. Ecce
esau frater tuus minatur ut oci
dat te. Nunc ergo fili audi uocem
meam et consurgens fuge ad laban
fratrem meum in aran. Habitabis
ibi cum eo donec requiescat furor
fratris tui et cesset indignatio eius
Obliuiscatur ei eorum que fecisti
in eum. Postea mittam et adducam
te inde huc. Cur uno ergo ualebor filio
una die. Dixit quoque rebecca ad
isaac. Tedet me uite mee propt
filias heth. Si accepit iacob uxorem
de stirpe huius terre nolo uiuere

Qui cum XXVIII
ergo isaac iacob et benedixit
illi. Precepit ei dicens.

XVIII